



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia LXVII. Et egressus est Iesus ac discipuli eius in uicos Cæsareæ Philippi: & in uia interrogauit discipulis suos, dicens eis: Quem me dicunt homines esse? Illi uerò responderunt : Ioannem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

Ephef. 4.
1. Cor. 3.

Matth. 15.

Nu. 11. 14. 16.

**Quid cum refi-
turo iam Chri-
stus egerit.**

**Officia eorum
quos Christus
illuminavit.**

Psal. 84.

1. Pet. 2.

Matth. 12.

instar arborum ambulantes. Vbi verò rursus manum admouet Christus, visus illi bene et perfici restituitur. Habet ergo fides et hominis interni illuminatio sua incrementa, nec statim in verum dum capaces erant. Cuius nos meminisse oportet, ne omnes temere damnemus, in quibus admodum quid labis superest: et ne ipsi principijs contenti, segnes reddamur, sed quotidie proficere studemus. Vult enim Dominus, vt talentis ab illo acceptis negotiemur, donec ipse venerit, vt rationem à nobis exigat. Docemur præterea hoc typo, quanti laboris et studij sit, inueterata animorum et carnis citatem tollere, quando subinde ad ea respicere solemus, quibus à pueris assueuimus, et multa quod die obiecta accedunt, quibus impedimur, ne aciem oculorū nostrorum in celestia possumus intendere. Sic olim Israhelita, et si per Moysen quotidie erudirentur, et præclara ob oculos habere gratia dei indicia, subinde tamen in Aegyptum respiciebāt, et ollas carnum animo versabant. Et vniuersos Christianos homines gentilitate superstitionis vestigia extant, in quibus gentium Lupercalia, Bacchanalia, Cerealia, Palilia et alia eius generis festa agnoscat, quibus non immerito astrologorum uariationes et reliquas vaticinandi artes, exorcismos item et infinitas eiusmodi amularum prestigiosum adnumerabis. Imò inter eos, quos Euangelij lux propiori fulgore illustrat, non pauci reperimus, qui perstringit, vt ad Papatum non mediocriter inclinent, nec videant quanta in illo errorum et obsecrationum lerna sub plausibili religionis prætextu lateat. Næque igitur ei indefinens studium vobis esse, imprimis tamen ministros huius officij meminisse oportet, ne vniquam desatigentur, et certum sibi munus intermittant.

Postremò, vbi visum homini restituit, domū remittit, et discretè prohibet, ne Bethsaida rursus, nec alicui illius loci hominum, quid cum ipso factum sit, dicat. Nam vt mirò diximus, ad quos, quibus Christus sese pluribus miraculis patefaceret. Est autem hoc graue et horrendum Delictum, quando nec verbi sui nec operum cognitione nos Deus dignatur, quado sine illa salute vobiscum sistere non potest. Interim obseruabis, quid eos facere conueniat, quorū mentes Christus verbo et spiritu suo illuminavit, eque regno tenebrarum clementer asseruit. Primum relicta cæci et infirmi non di Bethsaida domum abeant, ad ecclesiam nimirum, quam communem omnibus piji domum constituit Deus, in qua passer quoad, et hirundo (id est, homines natura regi et instabiles) sedem stabilem et stabilem reperiunt. Nec semel modò illuc se recipiant, sed curent, ne vniquam ad mandata, reuertantur. Nā qui hoc faciunt, porcis et canibus similes, postrema sua primis peiora esse experientur. Studeant præterea modestie, nec priuatam laudem quarant ex Dei donis, que ipsi vniuersi primum seruire debent. Oremus Deum patrem, vt hoc nouissimo seculo, quando maxima hominum pars ad tenebras et interitum ruit, in luce ipsius nobis manere, et in eadem æternum gaudere valeat, per Christum Iesum, cui debetur benedictio, honor gloria et potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A L X V I I.

Et egressus est Iesus ac discipuli eius in ticos Cæsarea Philippi: & in uia interrogauit discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt homines esse? Illi uerò responderunt: Ioannem Baptistam: & alij Eliam alij uerò unum ex prophetis. Tunc ipse dicit eis: Vos autem quem me dicitis esse? Respondens autem Petrus dicit ei: Tu es ille Christus.

**Argumentum
& usus præ-
sentis loci.**

Quoniam Apostoli nuper magnam fidei suae infirmitatem prodiderunt, quando illi Dominus à fermento Phariseorum et Herodis sibi cauere iussit, et propter illum grauius correpti et reprehensi sunt, modò cum illis nouam tractationem Christus instituit, qua illis in uera fide aduersus varias et incertas mundi sententias confirmat. Et primò quidem veram fidei confessionem ab illis elicit. Deinde, quid ipse nostræ salutis ergo cum facturus cum passurus sit docet. Postremò monet, quid eos facere conueniat, qui salutis, quam nobis acquisiuit, consortes fieri uolunt. In primis uerò primam modò partem uidebimus, qua abundè docemur, quia nostris seculo inter uos

mentumq; diuersas de fide & religione sententias amplecti & credere debeamus.
 Verò luculentior esset tota tractatio, primum falsabuius mundi de Christo iudicia in medium adducerentur. Interrogat enim discipulos suos, quem ipsum esse vulgo dicerent. Interrogat autem non quod ignoret quicquam, aut quod ambitionis affectu exagitatus auram popularem caperet, sed ut ista necessitate veram de se confessionem eliciat à discipulis. & ut offendiculo melleatur, quod ex illa sententiarum diuersitate multi pariebantur. Adhuc discipulos simul & omnes alios verbi ministros admovent, ut non modo veram sui & fidei vere cognitionem habeant, verametiam aliorum de hac sententiarum perquirant, ut illas confutare queant. Interim cum primis obseruandum est Christi exemplum, qui aliorum de se sententias audire & nouisse voluit. Imitemur hoc singuli, non quidem ambiciose, sed ut ex alijs discamus quid in nobis vituperio dignum sit, cum ex ingenie a philautia ipsi nostra vitia vix inquam agnoscere possimus. Vidit hoc olim Apelles pictor nobilissimus, qui post tabulas abs se depictas latitare solebat, ut ex vulgi iudicijs disceret, num quid illos vicijs misset. Decet hoc ipsum omnes homines, ne insolenter aliorum de se iudicia contemnant; imprimis tamen eos decet, qui alijs presunt, quorum auctoritati plurimum seruit, si de ipsis honestè sentiant illi, quos suo consilio regere debent.

Porò ad Christi questionem libere & ingenue respondent Apostoli, & eorum sententias exponunt, qui de Christo non hostiliter, sed honestius iudicabant. Sunt hæc inter se admodum diuersæ, nisi quod in hoc vno conueniunt, quòd aliquem ex mortuis resurrexisse putarent. Iam pridem enim (ut dicitur) error ille apud Iudeos obtinuerat, ut animas defunctorum in alia corpora transeuntem crediderent. Ideo nonnulli Ioannem Baptistam esse putarunt, nimirum quòd doctrinam ab illo eandem tradi viderent. Alij Eliam dixerunt, fortassis ob arguendi libertatem, aut Malachie oraculo decepti, qui Eliam ante magnum illum diem Domini venturum prædixerat. Sunt qui Ieremiam aut alium aliquem è veterum prophetarum numero esse arbitrentur, cum in illius doctrina prophetici spiritus hæud obscura argumenta appaerent. Atqui tales fuerunt meliorum sententiarum, qui regni Dei studium nondum abiecerant. Quid autem pharisæi & scribæ senserint, alibi vidimus.

Obseruabis autem hoc loco, semper varias fuisse in mundo de fide & salutis ratione sententias. Quia enim caro non percipit ea que sunt spiritus Dei, ab externis modo dependens, suis opinionibus in diuersas partes distrahitur. Hinc illa sectarum diuersitas, quibus orbem omnibus seculis scissam fuisse constat. Ridiculi ergo nimis sunt, qui nostri seculi distidij offenduntur, & vniuersalem in fide & religione consensum expectant. Nec enim inquam ingenium suum caro mutabit. Et scilicet esse oportet (inquit Paulus) ut qui probati sunt, manifesti fiant. Adhuc de nouissimis temporibus olim à Christo & Apostolis prædictum est, venturos pseudochristos & pseudoprophetas, qui dissidia & scissas in religione diuersas excitaturi sint: id quod Euangelij emergentis infallibile argumentum est. Facile enim inter homines concordiam regnare patitur satan, si nullum ex ea suo regno periculum imminere videat. At si de illo agatur, & Christo incipiant accedere, qui prius erroribus excitati fuerunt, mox horrendum furit, & inter eos quoq; dissidia mouere satagit, qui veritatis & salutis publico studio tenentur: ut ea occasione causam hanc omnem mundo iniustam reddat. Et hoc facit quod de forti armato alibi Christus in parabola dicit, qui tunc demum tumultuatur, quando se confringi & demum suam diripi videt. Neminem ergo nostri seculi dissensiones offendant, sed his auditis veram de fide & salutis ratione sententiam eo studiose inuestigemus, quam in Apostolorum confessione pauca comprehensam mox videbimus.

Pergit enim interrogando Christus, & quid ipsi de se sentiant querit. Ita nimirum mōnens, fidei causam non leuem esse, in qua aliorum sententijs nisi & insistere possimus. Alioqui enim istis vel Herodis regis sui auctoritas sufficere potuisset, qui Christum eundem esse putabat, qui Ioannes fuerat. Nec etiam excusari poterant, quòd homines essent indocti & scripturarum rudes, ad quos vulgo putant istarum rerum inquisitionem nequaquam pertinere. Nam cum sua fide viuat iustus, vnumquodq; fidei suæ certū esse oportet, & eiusdem confessionem ab omnibus merito exigere circa finem capituli dicemus.

Audiamus ergo Apostolos, qui absque mora quid sentiant edisserunt. Nam omnium nomine respondent Petrus, ait: Tu es ille Christus. Apud Mattheum addit, Filius Dei videntis. Habet itaq;

Christus hominum de se iudicia perquirere loan.

Tit.

Omnis est aliorum de ipsis iudicia obsecrare

Dicit se hominum de Christo sententia.

Malach. 3. 4.

Mundus in fide et religione nūquam consensit.

1. Corinth. 11.
 Matth. 2. 4.
 1. Tim. 4.
 2. Pet. 2.
 1. Ioan. 2. 4.

Lucæ 11.

Christus quid Apostoli de se sentiant, interrogat. Habac. 2.

Apostolorum de Christo Confessio. Matth. 16.



confessio ista partes duas : alteram quidem qua Christi Iesu officium describitur, cui illam pater celestis destinavit : altera vero qualis sit, quoad suam personam, denotat. Ad primam partem referri debent quae Marcus habet: Tu es ille Christus. Nam Christi vox Graeca cum Hebraeo dicitur conuenit, & veraq; Latinis Verbum sonat. Ita vero promissum saluatoreum frequenter in scriptura veteri spiritus sanctus nominauit, ut quid in illo maxime queri debeat ostendat. Neque autem enim ex Dei instituto Sacerdotes & Reges, qui ideo ipsi quoque non raro Christi Iesu vocati dicuntur. Cum ergo promissum humani generis saluatoreum, Christum aut Verbum vocati dicuntur, illius officium denotant, & hunc nobis à Deo sacerdotem & regem datum esse docent, ut patet in Psal. 45. quod inquit) quo illum pater pro omnibus hominibus instraxit, quorum consors per incarnationem factus est. Et sanè si sacerdotum & regum officia inquiras, illa omnia in Christo Iesu inuenies. Illorum enim fuit docere populum, iuxta illud Malachiae: Labia sacerdotum custodient scientiam, & legem ex ore eius requirent, est enim legatus Domini exercituum. Eorundem fuit sacrificium pro populo, & externis ritibus eos sanctificare qui legali aliqua pollutione inquinati erant. Vnde item & intercedere pro ijs, qui Dei iram prouocauerant. Adhaec solemniter populo benedicere, sicut ex formula diuinitus per Moysen illis praescripta apparet, Num. 6. Regis vero officium est iuxta hostium tyrannide asserere & atque ueris, eosdem legibus bonis instruere, iustitiam & iudicium ferre, & sua liberalitate quosuis ditare. At qui omnia ista Christus abundè praestat. Is enim est catholicus doctor & insignis propheta, quem venturum Moyses praedixit, et quem pater nos caelitus iussit adire. Qui ut docendi officio fidelissimè functus est, quando in terris uixit: Ita hodie spiritus sanctus largitur inter homines, & alios quidem dat Apostolos, alios uero prophetas, alios autem Euangelistas, alios pastores & doctores ad instaurationem sanctorum, &c. Idem unice corporis & sanguinis sui sacrificio omnium nostrum peccata expiauit, & suo merito atque spiritu omnes in creaturae sanctificat, & nunc ad patris dextram confidens semper pro nobis intercedit. Praeterea benedictionis unicus auctor est, in quo omnes gentes benedicti oportere promissiones olim patribus datae docent. Adhaec instar inuictissimi regis in mundum uenit, & domum fortis illius, diaboli nimirum, ingressus, illum deuicit, & ipsius uasa (homines uidelicet, in quibus ille ad ipsorum interitum dominatum usurripuit, & in libertatem asseruit) usque ruerit, nec suas oues sibi eripi patitur. Idem uerba uita aeterna habet, & suos legibus uere saluiferis instruit. Facit item iustitiam & iudicium, quando et pro culcores dignis praemijs remunerat, & impios meritis poenis uiscitatur. Quin ipsi omne iudicium dedit pater, & olim in nubibus caeli adueniens indicabit uiuos & mortuos. Interim in se credentes omni benedictione spiritali ditat in caelestibus, nec illis quicquam deseri patitur. Haec omnia pariter comprehendit Petrus, quando ait: Tu es ille Christus.

Christi nomen quid significet. Exod. 29. 30. Leuit. 8. 1. Sam. 10. 16. Psal. 45. Sacerdotum & regum officia. Malach. 2.

Christus sacerdos. Deut. 8. Matth. 17. Ephes. 4.

Hebr. 7. 9. Rom. 8. 1. Ioan. 2. Christus Rex Luc. 11.

Ioan. 6. & 10. Ioan. 5. Matth. 23. Ephes. 1.

Christus uerus Deus & homo. Rom. 8. Ioan. 1. Ioan. 5.

Galat. 4. Fides Apostolica qua sit.

Altera Apostolicae confessionis pars est: Filius Dei ueneris. De quo autem istud pronuntiat De eo nimirum, qui ex Maria uirgine uerus homo natus fuit, & qui in hac ipsa trinitate (ut Mattheus habet) sese filium hominis, id est, hominem uerum dixit. At eundem filium Dei uerum, id est, ueri Dei, qui & in semetipso uita habet, & qui idem omnia solus uerificat, esse patet Apostolus, non quidem adoptiuum, quales nos quoque scriptura uocat, sed naturalem (si ita loqui licet) uerum & patri Deo consubstantialem ab aeterno, qui & ipse (ut Ioannes docet) uita in se habet, & eandem omnibus in se credentibus de suo conferat. Facit huc quod ipse dicit in Euangelio: Quia pater habet uita in semetipso, sic dedit & filio habere uita in semetipso. Eodem itaque ueritate Petrus, Christum Iesum, quoad personam sine substantiam, uerum Deum simul & hominem esse testatur: Deum quidem ab aeterno, hominem uero factum ex Maria uirgine, cum iam ueritas facta uero tempore. Neq; id omitendum fuit, cum talem esse oporteat eum, qui inter Deum & uerum diuinitatis officio fungi debuit.

Hac itaq; est fides Apostolica & uera simplex & fidei saluifera confessio, quam non e suo capite re, sed ex spiritus sancti suggestione Petrus hausit. Apud Mattheum enim illi Christus respondit: Beatus es Simon Bar Iona, caro & sanguis non reuelauit tibi haec, sed pater meus caelestis. Similitudinis est, Iesum Dei ueneris & Mariae uirginis filium, esse Christum, id est, sacerdotem & regem nostrum, qui solus uerba uita aeterna habet, solus peccata nostra suo sanguine expiauit, solus

se credentes sanctificet, & ipsos quoque unctos Domini, id est reges & sacerdotes efficiat, solus pro nobis
in celis intercedat, solus etiam nos asserat, saluet, tueatur, & celestis regni communione donet. Con-
sentimus in hac fide omnes Apostolos, inter quos Paulus Christum hac ratione fundamentum prophete
tarum & Apostolorum nominat. Hanc ergo ita nos amplecti convenit, ut etiam ipsi omnem nostram
redemptionis gloriam tribuamus, in vno illo queramus, que ad nostram salutem faciunt, ad vnum hunc
confugiamus in tentationibus & in eodem aduersus mundi conatus spem inconcussam seruemus: qui
quos sua morte asseruit, nunquam deseret, sed huius seculi tribulationes eterno regni celestis gaudio
compensabit. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in eternum. Amen.

Et interminatus est eis, ne cui de se dicerent. Et cepit eos docere,
quod oporteret Filiū hominis multa pati, & reprobari à Senioribus &
principibus sacerdotū ac scribis, & occidi, & tertio post die resurgere.
Et aperit eum sermonem loquebatur. Tūc apprehendit illum Petrus,
cepitque eum increpare. Ille uero cōuersus, & aspiciens discipulos suos,
obiurgauit Petrum, dicens: Abscede à me satana: Nam non lapis quæ
Dei sunt, sed quæ sunt hominum.

Uoluit patres sibi delegit Deus, per quos veram sue voluntatis cognitionem orbi terrarum
patefaceret: Ita Christus Iesus Apostolos sibi familiares habuit, ut illorum ministerio saluta-
ris regni sui nostram redemptionis notitia in mundo diuulgaretur. Quæcumque ergo cum illis egit, ita
nobis accipi debent, ut ad nos quoque illa pertinere arbitremur. Id uero imprimis obseruandum est
in presenti tractatione, qua discipulos in vera fide aduersus falsa hominum iudicia confirmat, &
ipsam deserit omnia tradit, que ad nostram salutem faciunt. Et prima quidem parte fidei Aposto-
lica confessionem nuper vidimus, qua docet, quid nos de Christo credere & sentire conueniat: Nimi-
rum quod ipse promissus ille humani generis saluator sit, sacerdos æternus & Rex ecclesie sue su-
premus, in quo uniuersi salutis thesauri nobis à Deo propofiti sunt. Huic secunda tractationis pars
iungitur, qua ipse Christus modum & rationem exponit, quam ipsum in redimendo genere huma-
no sequi & tenere oporteat. Qui locus cum præcipua nostræ redemptionis capita comprehendat, at-
tentius paulo considerandus erit.

Argumentum
et usus presen-
tis loci.

Primo Christus magna cum seueritate, imò increpatione (ut Lucas scribit) discipulis prohibet,
ne quod de ipso confesserant, alicui prædicent. Cur uero hoc illum prohibuisse dicemus, cum & uera
esset illa confessio, & alicui iudeat, ut ipsum coram hominibus confiteamur? At temporis simul &
Apostolorum ratio habenda fuit. Nec enim publice uulgandus erat Christus, donec ea omnia per-
egisset, que illi nostræ salutis ergo peragenda erant. Et licet discipuli Iesum hunc, promissum Chri-
stum & saluatorem esse uerè scirent & crederent, nostræ tamen redemptionis rationem & regni atq;
sacerdotij ipsius mysteria adhuc ignorabant, ut qui communi Iudeorum more regnum terrenum in
illo somnarent. Quare cum Christi cognitionem perfectam nondum haberent, & multò minus illam
alij tradere possent, rectè illos silere iubet Dominus, ne quid temere effutiendo in populo, ad res no-
uas proclui, turbatum aures sint. Hinc uero nobis etiam doctrina petenda est, ut nec rudes
ad docendum prorumpamus, nec absque iudicio quicquam proferamus, sed certam habeamus tempo-
ris & personarum rationem, ut omnia ad adificationem faciant.

Christus prohibet ne discipuli
ipsum uulgo prædicent.

Math. 10.
Math. 13.
Luc. 22. 24.
Actorum 1.

Deinde discipulos aperit docet Christus, quid se facere & pati oporteat, ut is reuera sit, quem Pe-
trus esse dixerat. Aperit autem & absque ulla dissimulatione omnia illis edicit, nimirum ne quid
nostræ ratione exponit.
pasta offenderentur, si ea uiderent fieri, que ipsorum spei carnali minus respondebant. Paucis uero
mysteria nostræ redemptionis & salutis mysteria comprehendit, que in duobus potissimum capitibus
conficitur. Primum est ipsius passio sine morte, in quam omnia concurrunt, que ad doloris acerbicatem
& ignominiam faciunt. Nam à discipulo Iuda traditum esse scimus, & à sacerdotibus ac Seniori-
bus damnatum, qui summam doctrinæ & sanctimoniam existimationem sustinebant. Ad hæc à sacer-

Christus salutis
nostræ ratione
exponit.

Passio Christi.

